

quemadmodum habuerunt eadem ex antiquo. In cuius rei testimonium evidens eisdem civibus nostris in Dresden sigillorum nostrorum muniminibus dari fecimus roboratum praesens scriptum. Datum Dresden anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o. octavo Kalendas Septembris, praesentibus nobili viro Meynero burgravio de Misna, Alberto dapifero seniore, Heinrico de Syden, Vlrico et Hermanno fratribus de Maltitz, Fryderico magistro coquinae seniore et quam pluribus aliis fide dignis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit den sehr beschädigten Siegeln des Markgrafen und seines Sohnes an Pergamentstreifen.

Wilkiu Ticemannus. Cod. dipl. p. 59. — Hasche Urkundenb. S. 24. — Neubert Vortr. üb. die Rechtsverhältnisse d. alt. Elbbrücke S. 145.

No. 7. 1291. 27. Apr.

Markgraf Friedrich von Meissen und Landsberg ermässigt mit Rücksicht auf den erschütterten Wohlstand der Stadt Dresden die Jahrbete von 100 auf 60 Mark.

Nos Fridericus dei gratia Misnensis, Orientalis et de Landisberch marchio recognoscimus tenore praesentium publice profitentes, quod cum cives nostri in Dresden ex multis adversitatibus et incommoditatibus diversis, quas iam pluribus annis passi sunt, ad tantam pervenerint inopiam, quod ad solutionem totalis petitionis nostrae videlicet centum marcarum, quas nobis nomine petitionis nostrae singulis annis et avo nostro felicis recordationis dare consueverunt, minime sufficiant, nos inopiae eorum compati volentes ipsis ex speciali indulgemus gratia, quod nobis de cetero, quando danda fuerit petitio, nomine petitionis annis singulis persolvant sexaginta marcas, ita quod triginta in festo Walpurgis et triginta in festo Mychahelis contribuant, quibus contenti esse volumus, ut nobis in posterum melius servire valeant et in nostris arduis necessitatibus subvenire. In cuius rei testimonium praesentem litteram dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Dresden anno domini M^o. CC^o. LXXXXI^o. V^o. Kalen. Maii. Huius testes sunt Heinricus de Zweyn noster prothonotarius, Thymo Knut, Thylicus de Hunsberch, Vl. de Maltitz et alii quam plures fide digni.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem zerbrochenen Siegel des Markgrafen an einem Pergamentstreifen.

Hasche Urkundenb. S. 40.

No. 8. 1292. 18. Apr.

Bischof Withego von Meissen bezeugt, dass in der Streitsache zwischen ihm und Friedrich dem jüngern Sohn des verstorbenen Markgrafen Heinrich wegen des für Dresden beanspruchten Niederlagerechts durch Vermittelung des Burggrafen Meinher von Meissen eine freie Berg- und Thalfahrt für die Schiffe von und auf Pirna bis zum nächsten Johannistage vereinbart, sowie ein Einverständniss über Zusammensetzung und Befugnisse eines inzwischen zu berufenden Schiedsgerichts, erzielt worden sei.

Nos Withego dei gratia Misnensis episcopus recognoscimus et tenore praesentium profiteamur, quod in causa, quae inter nos ex una et dominum Fridericum filium